



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

Titvlvs I. De Cohabitatione Clericorum, & Mulierum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

gere licet, nec propterea dicitur, aut erit Apostata. Bald. in capit. ad nostram, de appell. Immo Abbate odio grauantē monachum iuste arma pro defensione sua monachus accipere potest. Card. in Cle. 1. §. praefata. de statu mon. Et iniurē, & irreligiosē validē facit superior, qui iustas appellationes a se oppressorū non admittit, nec licentiā dare vult prosequendi, & aduēndi superiorem, peiusq; facit qui subditum suum in carcerem inedia torquendum coniecit, donec appellationi, & iustae defensionī tenūciat, & grauius puniri debet, c. de priore, de app. & glo. & Dec. ibi. eum in-

re naturā, & canonico omnibus oppressis appellatio concedi debeat, c. Ad Romanam 1. & 2. 2. q. 6. a qua cōcessione nullo ynquam iure religiosus reperitur exclusus. Quod sius, c. ad nostram, de app. aliquādo religiosus appellationem prohibere videatur, de nō oppresso, & iniusta de causa appellante, loquitur; sed neque Concilium Tridentinum sess. 2. 5. capit. 4. de Reg. appellare vetat religiosum, sed solum adire superiorem sine licentiā Praelati prohibet, quod longe diuersum ab appellatione est, & a diuersis, & separatis illatio fieri non potest, l. Papinian. ff. de minorib.

Finis Libri Secundi.

DECISIONVM CASVVM CONSCIENTIÆ

Ex doctrina Consiliorum Martini ab Azpilcueta Doctoris Nauarri
collectarum.

LIBERTERTIVS.


TITVLVS I.

De Cohabitatione Clericorum, & Mulierum.

S V M M A R I V M.

- 1 Fornicator notorius est suspensus, & nisi prius peniteat, celebrando sic irregularis.

DECISIO I.

- 1  Acedos fornicator notorius suspensus est, c. praeter, distin. 31. & nisi prius peniteat, celebrando irregularis efficitur. c. Si qui sunt, dist. 81. Man. c. 25. nu. 76. & quamuis in foro interiori sola penitentia interior sufficit cum sacramentali confessione ad hoc, vt irregularitatem non incurrat, quam ante actam penitentiam celebrando incurret. Turrec. in d. c. si qui sunt, §. verum. in foro tamen exteriori etiam requiritur exterior, cum in hoc foro de non apparentibus, & non existentibus idem iudicium sit, c. si Sacerdos, de offic. ord.

TITVLVS I.

De Clericis non residentibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficia simplicia de consuetudine residentiam non requirunt.
2 Lex prior, vel posterior generalis non tollitur, sed limitatur per specialem.
3 Seruitium 40. annorum ecclesie praestitum a residentia non liberat.
4 Parochus ex iusta causa, & licentiā a residentia excusatur.
5 Regularis beneficium residentiam requirens canonice adeptus, in eo residere tenetur.
6 Residentis, sicut alij similes residere solent, an excusetur.
7 Consuetudo non residendi in similibus excusat a residentia

per fundatorem imposita.

- 8 Consuetudo, quod interessens certis officijs diuinis lucretur distributiones pro illis, & alijs assignatur, est iuri contraria.
9 Distributiones quotidiana ei debentur, quem necessitas corporalis tenet.
10 Residere censetur, qui de mandato superioris abest.
11 Canonicus inferuendo praelato suo fructus, non distributiones percipit.
12 Dispensatio superioris iusta de causa a residentia, & promotione ordinum excusat.
13 Beneficiariorum residentiam, & morientium suis ecclesijs fructus successoribus debentur.
14 Distributiones quotidianas canonicus absens percipere nequit.
15 Anniversarij sub distributionibus quotidianis non comprehenduntur.
16 Litigans circa iura sui beneficii iustam causam non residendi habet.
17 Canonicus frequenter absens ab horis, vt parochiali inferuiat, distributiones non lucretur.
18 Beneficium curatum habens, residere, & per se curam exercere tenetur.

DECISIO I.

Ex consl. l. alius 4.

- 1 **C**um constitutiones penales benignius interpretandae sint, c. in penis, de reg. iur. in 6. & consuetudo saltem immemorialis omni iuri humano praediceret, c. super quibusdam, de verb. signif. non tenetur habens Capellaniam in Ecclesia Cathedrali vi constitutionis Sixti V. (Editi) hoc non extat in Bullario, autem contra non residentes promulgata, ad reddendum in ea, dummodo ab immemoriali tempore Capellani praefata Capellae absentes dictis Capellanij per suos Vicarios seruierint, c. cum omnes, de constit. nec cultus Diuinus inde minuitur: maxime cum beneficia simplicia de consuetudine residentiam non requirant. Innoc. in cap. in. de cleric. non resid.

DE.